



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Papirii Massoni Descriptio Flvminvm Galliae, Qva Francia Est**

**Masson, Jean Papire**

**Parisiis, 1678**

Idanvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13059**

## IDANVS.

**I**N superiori Burgundia, quæ  
Comitatus nomine gloriatur, &  
Sequanorum appellatione se illu-  
striorem putat, *Idanus* fluvius pro- *Ain, r.*  
pe urbem Nozaretium surgit, ac  
parte Sequanorum decursa ingre-  
ditur ultra *Montem Jovis Bressiam* *la Bress.*  
regionem, illamque in partes duas se-  
fecat apud Idanum oppidum, pon- *Pont*  
temque nominis sui postea incre- *d'In.*  
dibili penè numero rivorum jam  
collecto in Rhodanum labitur, non  
minorem aquæ secum trahens co-  
piam, quàm rapidus ille fluvius fa-  
cit. Hæc de Idano tradit Gilbertus  
scriptor diligens, idemque, ut ait,  
Nozaretii natus. *Buges* autem vs- *Bugè.*  
que ad Idanum procurrunt, qui  
*S. Eugendi Ivrensis* parochiam *S. Oyan*  
abluit proximam insigni Cœnobio *du Ion.*  
*D. Claudii Vesuntionum* Archi- *le Mont*  
episcopi. Et quam vis altissimi mon- *S. Clau-*  
tis Juræ radices subluat, non ta- *de.*  
men ab eo oritur, ut ostendimus;

RHODA. verum crates lignorum è sapineis  
 N.V.S. sylvis ad Rhodanum, in quem in-  
 fluit, deducendas suscipit. Sebusia-  
 ni quoque, qui videntur, dicti qua-  
 si Savosiani, parent *Burgo* matri-  
 urbium totius regionis; quæ etsi in  
 vliginosa solo sita est ac palustri,  
 munitissima tamen habetur ac vi-  
 cina pulcherrimo Virginis templo  
 ordinis S. Augustini à Marguareta  
 Flandrensi exædificato. Cæsar lib.  
 i. Comm. de bello Gallico: *Ab*  
*Oscello, quod est citerioris provincia*  
*extremum, in fines Vocontiorum vl-*  
*terioris provincia die septimo perve-*  
*nit. Inde in Allobrogum fines, ab*  
*Allobrogibus in Sebusianos exercitum*  
*ducit. Mons Jura altissimus est in-*  
*ter Sequanos & Helvetios. Cæsar*  
*codem libro: Mons Jura fines Se-*  
*quanorum ab Helvetiis dividit.*

*Bourg*  
*en-Bres-*  
*se,*

